UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

LXVI. Hermann, Abt zu Zinna, empfiehlt einen seiner Unterthanen in Erbschaftssachen dem Rath zu Königsberg, am 2. Mai 1348.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

Tunc ſuper quamcunque diem Epiphanie hec C talenta prenarrata eis perſolvere volumus et volunt; hoc eis in die Michaelis immediate precedente arbitrati ſumus vel ſunt preſentibus teſtibus infraſcriptis predicere vel indicare. Ceterum interponimus, quod nos vel noſtri heredes debemus et debent iſtud ſtagnum cum piſcina et cum omnibus attinenciis ſuis quibuscunque ſeu cuicunque conſules de Koningenberg vendiderint, conferre absque quolibet donacionis munere, quocunque nomine poterit nuncupari. Teſtes huius contractus ſunt ydonei viri dominus Tydericus de Brederlow, miles, Henningus, filius eius, advocati Marchionis, Cunradus Uchtorp, Hermannus Witte, Jeſseke Swartenholte, Gunterus de Wedel, famuli, et conſules prenominate civitatis, qui fuerunt tunc temporis: Henninghus Parſenow, Clawes Ludeke, Johannes Gobbin, Henninghus Rudenger, Flos Schiltberch, Wilhelmus Grutuitz et multi alii fide digni. In cuius etc. Datum et actum in Koningenberg, anno domini MCCCXLVIII, in die dominica, qua cantatur in eccleſia Dei Letare Jeruſalem.

Aus dem Königsb. Copialbuche No. 3 und Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 316.

LXVI. Hermann, Abt zu Zinna, empfiehlt einen ſeiner Unterthanen in Erbſchaftsſachen dem Rath zu Königsberg, am 2. Mai 1348.

Honorabilibus viris et diſcretis conſulibus ciuitatis koningeſberghe Frater hermannus, abbas in Cynna, cum deuotis orationibus obſequioſam in omnibus voluntatem. Nicolaum dictum kraz, ſubditum noſtrum, preſentium oſtenſorem, honeſtati veſtre duximus tranſmittendum, pro ipſo et cum ipſo humiliter ſupplicantes, Quatenus ipſum cauſa iuſtitie et noſtrorum interuentu precaminum in negotio, quod apud vos agit, promouere dignemini cum effectu. Conſtat enim nobis, quod Conradus de allenkerken bone memorie fuit filius ſororis vxoris ipſius nicolai ſupradicti, quod eciam ſigillo noſtro preſentibus appenſo lucide proteſtamur. Datum anno domini M° CCC° XLVIII°, feria tercia poſt dominicam Letare.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 52.

LXVII. Der Rath der Stadt Greifenhagen macht der Stadt Königsberg Mittheilung über die Erbſchaftsanſprüche, welche einer ihrer Bürger gegen das Minoritenkloſter in Stettin verfolgt, am 22. Juni 1348.

Diſcretis et honorabilibus viris Conſulibus ciuitatis koningeſberg Conſules ciuitatis gripenhagen obſequium ad ſingula indefeſſum. Coram vobis ac vniuerſis preſencia percepturis in